



zu 005

O. i. 840 (1-101).

PROPOSITIONES
DE DOLO
M A L O.

QVAS AVSPICE DEO TER O. M. PRAE-
SIDIBVS CLARISS. CONSULTISSIMISQVE VIRIS
D. Ioanne Michaëlis Crönenburgero, & D. Ioanne Hol-
landt, SS. LL. Licent. Dictatore & Fisco in celeberrimo
ac florentissimo Iuridicæ facultatis, apud Vbios
collegio, pro laudabili & huc vsque rece-
pta consuetudine publicè dif-
putando tuebitur.

ANTHONIUS SCHVBER
HARNENSIS. VV.

*Anno redemptionis humane CIJ. IJ. LXXXXI.
pridie Id. Martij.*



COLONIAE AGRIPPINAE P
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

CONTINUATIO.

Superiori titulo actione Metus satis super q̄ discussa, non inconcinne Doli mali edictum, cum quod ordinem supra adductum seruari conueniat, (a) tum etiam quod metus dolum in se contineat, (b) à I.C. compilatoribus subnectitur.

(a) l. i. ff. de restit. in integr. (b) l. si cum exceptione 14. §. Eum qui ff. de eo quod met. ca. Zaf. in parat. in p. h. t.

PROPOSITIO I.

Verba Pratoris hæc sunt: Quæ dolo malo facta esse dicetur, si de his rebus alia actio non erit, & iusta causa esse videbitur, iudicium dabo. (a) Quo quidem edicto circumscriptis aduersus dolosos, ne vel illi sua simplicitate in damnum & perniciem incurrant, vel isti suo scelere & fraude ditescant, summa æquitate succurritur. (b)

(a) l. i. §. i. h. t. (b) l. i. in p. cod. l. illicitas in p. ff. de offic. præf. l. 2. vbi gl. ff. de eo per q. fact. erit. l. si duo, in p. ff. si quis caut. iud. sisti, l. Non fraudantur. 177. in fin. vbi Cagnol. ff. de reg. iur.

II.

Iudicium hoc pratorium est, (a) personale, (b) rei persecutorium, (c) simplex, (d) stricti iuris, (e) arbitrium, (f) famosum, (g) causa cognita, (h) decepto aduersus decipientem, (i) pro indemnitate consequenda competens, (k) quæ singula qualia sint diligentius dispiciamus.

(a) l. i. in p. h. t. (b) §. præterea Inst. de Action. l. sed si ex dolo 15. §. fi. vbi Bart. ff. h. t. (c) d. l. sed si ex dolo. l. si plures, 18. ff. h. t. (d) d. l. sed si. & l. si plures (e) §. Actionum Inst. de Actio. (f) l. arbitrio. 18. ff. h. t. d. §. Præterea (g) l. Nō debet. 12. ff. h. t. l. i. ff. de his qui not. infam. §. ex quibusdam. Inst. de poen. tem. litig. (h) l. i. §. i. l. si oleum. 10. §. fi. ff. h. t. (i) l. i. in p. ff. h. t. (k) l. Et eleganter §. i. ff. h. t. VVef. in parat. n. 3. C. h. t.

III.

Causa ex qua profluit est dolum malus, (a) bonus siquidem Pratoris edicto non coërcetur, etenim siue quis aperto Marte, siue ex insidijs cum hoste pralio decertet, neutiquam iustitiæ fines excedere videtur, (b) fidem tamen hosti etiam à priuato datam religiosè seruandam arbitror. (c)

(a) l. i. in p. & §. dolum malum, cum seq. ff. h. t. Idem de lata culpa dolo proxima est iudicium l. Quod Nerua. 32. vbi Zaf. ff. depositi. l. magna 226. ff. de V. S. latè Zaf. in lib. i. sing. Resp. c. 2. Mynf. in §. suspectus 2. nu. 8. Inst. de susp. tut. Cagnol. in l. contractus 23. nu. 2. vsque ad 10. ff. de R. I. contra Accurs. in l. in actionibus, in verb. non etiam ff. de in lit. iur. per Bart. & Dd. in d. l. Quod Nerua. communiter approbatum. (b) d. l. i. §. non fuit, h. t. c. dominus, vbi gl. l. 23. q. 2. c. vtilem, vbi gl. 22. q. 2. VVef. in par. n. i. C. & n. 4. ff. h. t. (c) c. noli. vbi gl. in verb. hosti. 23. q. 1. l. conuentionum 4. ff. de pactis, l. i. ff. l. pen. C. cod. l. non minorem. 20. C. de transact. Didac. Couarr. in Epit. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 4. nu. 14. Decius in l. Ea est natura 65. in fi. ff. de R. I. contra Zaf. in sua licentiosa nimis aduersus Eck. Apologia.

Defini-

IIII.

Definitur hic dolus malus ex sententia Labeonis, vt sit omnis calliditas, fallacia, machinatio, ad circumueniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibita.

l. 1. §. Dolum malum. ff. h. t. Explicationem definitionis vide apud Azon. in sum. C. h. t. Mynf. in §. suspectus. Inst. de susp. tut. VVef. in parat. n. 1. C. h. t.

V.

Verum cum dolus ex facto deprehendatur, discernenda erunt factorum genera, vt quomodo haec actio ex dolo competat intelligamus. (a) Committitur autem dolus aliquando in contractibus, aliquando extra contractum. Quod si bonae fidei contractui causam dederit, contractus ipso iure non subsistit, (b) si vero in eundem inciderit, valet quidem, sed dolus per actionem ex eo manantem sarcitur. (c)

(a) l. 1. ff. de doli mal. & met. exc. (b) l. 3. §. fin. ff. pro socio. l. in causae 17. §. Item relatum, ff. de minorib. l. Et eleganter in p. vbi gl. in verb. si in hoc ipso, & Bart. n. 4. & seqq. qui hac puram veritatem dicit. Costal. Cuiac. & alij. ff. h. r. Angel. Aret. Zaf. Schneid & Mynf. in §. Actionum, Inst. de Action. Bart. Castr. Iaf. & Zaf. in l. si quis cum aliter 35. ff. de verb. obl. eleg. Couarr. in c. possessor, 2. p. Relect. §. 6. n. 6. de reg. iur. in 6. Gaill lib. 2. obs. 2. n. 6. Fallit si dolus tertij interuenerit, d. l. Et eleg. in p. vbi gl. & Bart. Zaf. in par. n. 6. h. t. Quod si traditio subsecuta sit, dabitur actio doli ad cassandum contractum, d. l. Et eleg. & ibi gl. mag. Bart. nu. 3. & 7. l. si dolo C. de resc. vend. Zaf. in par. d. loco, (c) l. Iulianus 14. §. si venditor cu seq. ff. de act. empt. d. l. Et eleg. §. Non solum, l. si quis affirmauerit 9. ff. h. t. Dd. ante cit. loc.

VI.

Ita tamen contractus erit nullus, si deceptus hoc declarauerit, quod si eum valere velit, cum cuiuslibet iuri pro se introducto renunciare leges concedant, (a) allegatam autem turpitudinem suam a limine iudicij repellant, (b) dolosus contractum nullum pronunciare non poterit. (c)

(a) l. pen. vbi glo. C. de pactis, l. Pactum 47. vbi gl. ff. eod. glo. in c. si diligenti ext. de for. compet. Gaill lib. 1. obs. 40. nu. 10. (b) l. transactione finita 30. vbi gl. C. de transact. l. si creditoribus 5. C. de seru. pig. dat. manum, c. Intet dilectos 8. vbi glo. ext. de concess. preb. Damas. in reg. can. reg. 121. (c) l. si iudex circumuento 42. ff. de minor. d. l. Iulianus §. si quis collud. gl. mag. in d. l. Et eleg. quam seq. Bart. ibi nu. 3. Costal. & alij, gl. in l. Iurisperitium, §. Praetor ait. ff. de pactis. Iaf. in §. actionum. n. 41. Inst. de action.

VII.

Quod si dolus re ipsa interuenerit, puta si deceptio ultra dimidiam iusti precij contigerit, venditor vt reddito precio accepto res sibi restituantur, vel iustum precium suppleatur, agere potest. (a) Sin autem intra dimidiam iusti precij deceptus sit, contractus non rescinditur. (b)

(a) l. 2. vbi gl. & Dd. C. de resc. vend. c. cum dilecti 3. vbi Canon. & c. pen. ext. de empt. & vend. (b) l. si voluntate, 8. C. d. tit. gl. fin. in d. c. cum dilecti, tum quod naturaliter contractibus petmissum sit, modo commutatiuae iusticiae fines non egrediantur, se inuicem decipere, etiam iure poli. l. Item si precio 25. in fi. ff. Locati, l. in causae 16. §. Item Pomponius vbi Costal. ff. de minorib. Azo. C. h. t. de quo doctè Couarr. tom. 2. lib. 2. resol. c. 3. n. 1. & 2. Carol. Molin. in tract. de vsur. q. 14. pag. 151. & seq. tum vt Reip. status integer & illaesus maneat, idque iure fori, non poli Couarr. d. lib. 2. c. 4. nu. 11.



VIII.

In stricti iuris contractu si dolus admissus sit, siue contrahentibus causam dederit, siue incidit, neque contractus ipse vitiatur, neque dolus per actionem ex eo profluentem reponitur, sed deceptus vel exceptione doli actionem elidere, (a) vel hoc remedio contractum perfectum rescindere poterit. (b)

(a) d. l. si quis cum aliter, vbi Ias. & Zas. l. dolo C. de inutil. stipul. §. i. Inst. de excep. d. gl. mag. in l. Et eleg. vbi Bart. n. 8. d. gl. fin. in c. cum dilecti. Dd. loc. cit. (b) d. l. Et eleg. §. seruus pactionis, l. seruus 21. ff. h. t. Azo. C. h. t. Couarr. d. loco. Tenax enim in hoc contractu bitumen est & macer consensus Zas. in l. si id quod aurum ff. de ver. obl. Idem de distractu intelligas, l. de tutela, vbi Bart. C. de in integr. restit. l. Nihil tam nat. 35. ff. de reg. iur. l. Ab emptione 59. ff. de pactis, Euerard. in loc. leg. in loc. à contr. ad distract. Gaill lib. 2. obs. 2. nu. 5. & 6. & obs. 34. nu. 4. Zas. in l. si decem, de verb. obl.

IX.

Diuersum in matrimonio statuitur. Si enim adolescens fraude inductus vetulam, qua se habere denarios sepultos dolose affirmavit, sibi connubio iunxerit, postea vero eam vel nullis vel exiguis opibus affluere compererit, tantum sacramentum dissolui non debet, (a) cum non fortunarum accessione, neque lucro & spe pecunia, sed solo consensu nuptiae contrahantur. (b)

(a) c. vnico prope fi. 29. q. 1. gl. in c. cum dilectus, & ibi Abb. ext. Quod met. causa, glo. in c. consuluit, 20. q. 3. c. verum. c. ex publico, ext. de conuers. coniug. Ias. in §. actionum. Inst. de act. Couarr. in Epit. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 7. nu. 3. Gaill lib. 2. obs. 93. nu. 11. (b) l. fin. C. de repud. l. 3. in p. ff. de donat. int. vir. & vx. c. fin. ext. de sponsa duor. c. cum apud sedem. c. cū locum, ext. de sponsal. l. nuptias 30. vbi Cagnol. & Dec. ff. de reg. iur. Idem in spirituali matrimonio procedit, c. constituit 16. q. 7. & 20. q. 3. c. veniens vbi glo. ext. de conuers. coniug. c. cum dilectus in fi. vbi gl. ext. Quod met. Alban. in addit. ad Bart. in l. 2. num. 4. ff. h. t. Extra contractum Dolus quandoque in iudicijs, quandoque extra, circa hæreditates & testamenta componitur, de quo vide Zas. in parat. nu. 10. & seqq. h. t. & Vigel. in Metho do I. C. p. 7. lib. 24. c. 4.

X.

Porrò si filia fraude inducta paterna successioni renunciarit, (a) fidei iurandi religione astrinxerit, (b) hoc edicto resurgit, vsque adeò, vt etiam non impetrata absolute, (c) cum iuramentum naturam contractus, super quo interpontur, sortiatur, (d) neque ad ignorata extendatur, (e) renunciationem impugnare possit.

(a) l. si maior, C. l. si quis affirmauerit, ff. h. t. facit, l. fin. §. Item quæsiuit ff. de condict. indeb. (b) c. quamuis, de pactis in 6. Rat. in c. inter cætera 22. q. 4. c. animaduertendum. 22. q. 2. Couarr. in d. c. quamuis 1. p. Rel. §. 6. n. 4. & seqq. Gaill lib. 2. obs. 42. n. 3. (c) arg. d. c. cum possessori 11. §. item si ff. de iureiur. c. quemadmodum ext. eod. Couarr. d. loco. §. 4. n. 1. Aurel. Corbus. in tract. de Emphyteus. tit. de caus. priuat. obrenunc. n. 20. (e) c. veniens 16. vbi gl. c. Quintauallis 23. ext. de iureiur. c. 2. vbi gl. ext. de renunc. Corb. d. loco n. 21. Gaill lib. 2. obs. 98. nu. 14. Peck. in c. non est oblig. n. 14. de reg. iur. in 6.

XI.

Ita tamen Prætor succurrit, si nulla vel ciuili vel honoraria non modò aduersus dolosum

sum, sed & aliam ad indemnitate[m] consequendam sit actio, (a) usque adeo, ut si quis exceptione tutus sit, (b) aut alia actio tempore, vel factio partis exspirarit, (c) hoc iudicio minime experiri possit, cum enim labem integris, infamiam bonis inferat, non temere à Pratore decerni debet. (d)

(a) l. 1. §. Ait prator §. fin. cum ll. seqq. l. actione 4. l. sub prætectu 19. C. de transact. VVe senb. in parat. n. §. ff. h. t. casus habes in l. Ideoque §. d. l. Et eleg. §. si dolo malo ff. h. t. (b) d. §. Ait Prator, (c) l. 1. §. Idem Pomponius cum §. seq. Imputet sibi quare agere superfederit, d. §. Idem l. Pure mihi §. fin. ff. de doli mal. & met. exc. (d) d. §. Ait Prator per thes. 2.

XII.

Datur hæc actio deceptis, (a) eorumq[ue] hæredibus, (b) verum cum paria delicta mutua compensatione tollantur, (c) & frustra legis auxilium inuocet, qui in legem comittit, (d) dolo aduersus dolum non competit, sed dolo utrimque commissus mutua compensatione dissoluitur. (e)

(a) l. 1. ff. de restit. in integr. l. 1. in p. ff. h. t. (b) l. hæredibus 14. ff. h. t. (c) l. viro atque uxore 39. vbi gl. Bart. & Costal. ff. solut. matr. l. si ambo. 10. ff. de compens. c. intelleximus 6. vbi gl. c. fin. ext. de adulter. Zas. in l. Apud Celsum §. Marcellus ff. de dol. mal. & met. exc. (d) c. Quia frustra, 14. vbi gl. ext. de vsur. c. fin. ext. de iure immunit. (e) l. si duo 37. ff. h. t. l. fin. §. sed etsi stip. vbi gl. & Costal. ff. de eo per q. fact. Dyn. in c. in pari. 65. nu. 6. vbi add. de R. I. in 6. Zas. Schn. & alij in §. in bonæ fidei Inst. de action. Rat. vide in l. in pari 170. vbi gl. & Cagn. & in l. cum par. 196. ff. de reg. iur. l. fin. C. de rei vend.

XIII.

Datur item aduersus varios & dolo, (a) tam pupillos pubertati proximos, (b) quod iudicis arbitrio relinquendum arbitror, (c) quam adultos, aduersus plures; quorum dolo quid factum dicitur, in solidum, quod si vnus rem, vel quanti ea fuit, præstiterit, omnium obligatio tollitur. (d)

(a) l. 1. in pr. ff. h. t. (b) l. hæredibus in fin. ff. cod. l. Apud Celsum §. Quæ in tutote ff. de dol. excep. (c) c. de causis in fin. ext. de offi. deleg. Costal. in l. Quod pupillus 41. ff. de condict. indeb. Dec. & Cagn. in l. pupillum 111. ff. de reg. iur. (d) l. si plures 18. h. t. rat. Quia rei perfec. per thes. 2. neque bona fides compluries idem exigi patitur, l. bona fides 57. vbi Cagno. & Dec. de reg. iur. c. bona fides 83. vbi gl. & Peck. in p. & nu. 6. cod. in 6.

XIV.

Ex dolo autem tutoris aduersus pupillum, in quantum ad eum peruenit in effectu, (a) si nihil peruenit in solidum quidem, (b) cedendo tamen actiones in tutorem liberatur. (c) Idem in Curatore minoris, furiosi & prodigi statuendum. (d)

(a) l. Sed si ex dolo in p. ff. h. t. l. Sed si 3. §. si seruus, vbi Costal. ff. de tribut. l. Apud Celsum §. Illa etiam. ff. de doli excep. Rat. Ne cum alterius iactura contra ius naturæ ditescat. l. nam hoc natura ff. de condict. indeb. l. iure naturæ 206. vbi gl. Cagn. & Dec. de reg. iur. c. Locupletari 48. vbi gl. Dyn. & Peck. cod. in 6. Dolum commississe & locupletatum esse paria sunt. l. 1. §. An in pup. ff. depositi l. vnic. C. de reputat. utrobique gl. (b) d. §. si seruus. l. 1. §. Hoc edicto ff. Ne vis fiat ei & c. (c) l. fin. ff. de administr. & peric. tut. (d) l. Apud Celsum §. Quæ in tutore, ff. de doli exc. d. l. fin. de admin.

XV.

Aduersus patrem & dominum, quatenus ex dolo filij, (a) serui, (b) famuli, (c) & Procurato-

*curatoris, (d) locupletior factus est, alias pater ex delicto filij nō tenetur, (e) dominus ve-
rò seruum maleficij causa noxa dedendo indemnus erit. (f)*

(a) l. licet §. Ex furtiua vbi gl. & Costal. ff. de pecul. l. Tam ex contractibus 57. ff. de iudi.
l. i. §. si filius & l. 16. ff. de vi & vi arm. gl. Dec. & Cagn. in l. Ex pœnal. 58. ff. de reg. iur. Dyn.
in c. delictum 76. nu. 6. cod. in 6. (b) d. §. Ex furtiua l. Apud Celsum, §. In hac exc. ff. de dol.
exc. l. si oleum 10. §. Hæc. de dolo ff. h. t. (c) arg. l. 1. §. Quod ergo adijcitur cum seq. ff. de vi
& vi arm. gl. fin. in c. cum ad sedem. 15. ext. de restit. spoliat. (d) l. sed si ex dolo §. Item si, h. t.
(e) d. l. ex pœnalib. l. i. §. si filius ff. de his qui deiec. vel eff. (f) d. l. si oleum §. pen. d. §. quod
ergo cum seq. §. si quis tamen. l. i. ff. de noxal. Rat. Quia nihil deliquerunt l. 2. ff. de eo per
q. fact. c. sine culpa de reg. iur. in 6. noxaque caput sequitur, l. sancimus C. de pœnis.

XVI.

*Non modo in singularem personam, sed & populum, collegium & ciuitatem, si quid
fraudis, (a) licet difficulter, (b) commissum sit, hoc iudiciū datur, (c) quod si qui præsumt,
vel maior populi pars deliquerit, quos reos delicti societas non facit, ij nec pœnam ad sola-
tium miserorum sustinebunt. (d)*

(a) l. Metum 9. §. Animaduertendum vbi gl. in verb. collegium. Bart. & Alb. ibid. ff. de
eo quod met. c. 1. §. si quis. de pace ten. & iur. firm. in vsib. feud. l. Aliud 140. vbi glo. ord. ff.
de reg. iur. Gaill lib. 2. de pac. pub. c. 9. Mynf. cent. 4. obs. 78. & 79. Schenck in Virid. concl.
cōcl. 79. 80. & 81. (b) l. 2. §. deinde 9. ff. de orig. iur. gl. in d. l. aliud §. 1. Azo. h. t. (c) arg. d. l. Me-
tum l. Sed si ex dolo §. 1. vbi gl. h. t. (d) l. de pupillo 5. §. si plurium, vbi Bart. ff. de oper. nou.
nunc. fac. l. Adoptiuum 8. in fin. l. 10. §. Qui manum ff. de in ius voc. Costal. in d. l. sed si ex
dolo Ratio in d. l. sancimus, c. quæsiuit vbi gl. fin. ext. De his quæ fiunt, à mai. p. cap. & vni-
us dolus alteri non nocebit c. Non debet 22. de reg. iur. in 6. l. Non debet l. Factum cuique
suum ff. eod. vide thes. 15.

XVII.

*Ex dolo autem præsentium, itemq; prælati, aduersus municipes, (a) & Ecclesiā, (b)
quatenus ad eos peruenit, si nihil peruenit, immunes erunt. (c)*

(a) l. sed si ex dolo §. 1. ff. h. t. (b) Rat. in th. 14. Dyn. in c. delictum, nu. 4. & seq. vbi add.
Pupillus enim, Ecclesia & ciuitas æquiparantur. l. Orphanotrophos 30. C. de epis. & cler.
gl. & Dd. in l. si præses C. quomodo & quan. iud. (c) per alleg. th. 15. & 16. Delictum perso-
næ in damnum Ecclesiæ non est conuertendum 16. q. 6. c. si episcopum Damas. in reg. 32.
Rat. alia in c. Fraternitatem ext. de donat. iuncta l. si procurator 6. ff. de condict. indeb.

XVIII.

*Porrò cum lucra iniusta cuilibet successori extorquenda sint, (a) & quod turpiter &
alieno scelere partum est, ad compendium hæredis non debeat pertinere, (b) hæredes &
ceteri successores, (c) quatenus ad ipsos vel momento, (d) dolo defuncti peruenit, vel frau-
de eorum, quo minus perueniret, factum est, (e) hoc iudicio & quidem perpetuò conueni-
untur. (f)*

(a) l. In hæredem 5. in p. ff. de calumniat (b) l. quod diximus 16. in fi. ff. de eo quod met.
l. si sequens 15. de SC. Syllan. l. 3. in p. ff. de vi & vi arm. (c) §. fin. Inst. per quas pers. cuique
acq. (d) l. cum Prætor 169. ff. de reg. iur. l. videamus ff. Quod met. caus. (e) l. si plures, 18. l. In
hæredem 27. cum seq. ff. h. t. (f) l. Itaque 29. §. fin. cum ll. seqq. h. t. l. vnic. C. Ex delict. def.
l. Toties, 44. l. si cuti 39. ff. de reg. iur. l. quod in hærede 9. §. fin. ff. de tribut.

Post

XIX.

Post litis contestationem dolo ab hac luce subtracto successores eius in solidum conueniri iuris est absolutissimi. (a) Iure tamen Pontificio, et si nihil ex dolo defuncti ad eos peruenierit, neque lis contestata fuerit, damnum dolo defuncti illatū resarcire tenentur. (b) At ex contractu actionibus rei persecutorijs in solidum etiam ob dolum defuncti obligantur. (c)

(a) l. vnic vbi gl. & Dd. C. ex delict. def. l. Non solet, 88. in fi. vbi Cagn. & in l. Hoc iure 195. §. In contractib. Dec. in l. pupillum 111. §. In hæredes ff. de reg. iur. Zaf. in l. Ex ea parte §. Ex facto ff. de verb. obl. Rat. vide apud VVef. in add. ad Schn. §. non autem, nu. 1. Inst. de perpet. & temp. act. (b) c. In literis §. ext. de rapt. incend. c. fin. vbi gl. fin. & Can. ext. de sepult. gl. fin. in c. Michaël. ext. de vsur. gl. fin. in c. si episcopum. 16. q. 6. Couarr. lib. 3. Ref. c. 3. nu. 7 Gaill lib. 1. de pace pub. c. fin. nu. 22. Soarez in recep. sent. in verb. Hæredes nu. 96. & seq. Costal. in l. Quod diximus 16. ff. de metu. (c) l. Ex depositi 12. vbi Zaf. l. Ex contractib. 49. ff. de act. & obl. l. si hominem §. 1. ff. Depositi l. Ad ea. 157. l. Hoc iure, 195. in fi. vbi Cagn. ff. de reg. iur.

*Zaf. in l. si, nu. 1
§. iuramentum
n. 1. ff. §. 1. caut.
dat. vbi, q. hæres
reueatur p. iura
confirmau. de
fidei*

XX.

Aduersus tertium, puta proxenetam, qui inter contrahentes fraudem commisit hac actio datur. (a) Ideo q. si cum scires quem facultatibus labi, tui lucri gratia & in perniciem meam eum idoneum, cui pecunia mutua daretur, affirmasti hac actione mihi teneberis, (b) secus si bona fide neque animo fraudulento hoc peregeris. (c)

(a) l. 2. §. Si proxeneta, vbi gl. ff. de proxen. (b) l. Quod si 8. ff. h. t. l. consilij 47. vbi Dec. n. 3. Cagn. n. 4. ff. de reg. iur. c. nullus ex consilio 62. vbi Dyn. & add. Peck. cod. in 6. (c) d. §. si proxeneta. d. l. Et eleg. in fi. h. t. d. l. consilij, §. tua tantum 6. vbi VVesenb. Port. & Dd. Inst. Mandati, l. 2. §. fin. ff. cod. Idem iuris erit in mulierculis, quæ conflandis matrimonijs quæstum faciunt. Peck. in c. nullus 62. nu. 2. de reg. iur. in 6.

XXI.

Non tamen omnibus hac actio, cum turpitudinem infligat, passim indulgenda est. (a) Ideoque nec liberis vel libertis aduersus parentes patronosve, (b) vasallo, (c) & proprijs hominibus, (d) aduersus dominos, humili aduersus dignitate excellentem datur. (e) Ne tamen lucrum ex dolo suo cum alterius incommodo reportent, (f) in factum verbis temperanda actio danda est, vt bonæ fidei mentio fiat, atque ita suæ indemnitati & illorum saluti consulant. (g)

(a) per thef. 2. (b) l. non debet, 12. ff. h. t. l. honori. 2. l. 9. ff. de obseq. à liber. & lib. (c) c. 1. ad fi. vbi gl. Schenck. & Feud. de milit. vas. qui cont. est. Zaf. de feud. p. 7. nu. 49. (d) arg. d. l. non debet. Zaf. lib. 1. sing. resp. c. 3. nu. 84. Frider. Hufan. in tract. de propr. homin. c. 6. num. 13. & seq. (e) d. l. non debet. (f) l. ne ex dolo. 13. ff. h. t. Intelleximus, ext. de iudic. l. non fraudantur, 177. §. nemo, vbi Dec. & Cagn. ff. de reg. iur. gl. in l. transactione 30. de transact. (g) l. l. non debet. Form. libell. vide apud Bart. in l. superstite. C. h. t. & Hufan. d. loco, num. 15. & seq.

XXII.

Cui onus probandi incumbat videamus oportet. Cum itaque dolus in permissis non presumatur, (a) vsque adeo, vt qualibet causa etiam iniusta à dolo excuset, (b) actus q. dubius per interpretationem in meliorem partem sit capiendus, (c) qui dolo quid factum dicit,

dicat, docere dolum admissum, (d) & quidem evidentem debet. (e) Verum cum hic animo infideat, cuius solus Deus cognitor & index est, (f) externis indicijs intentionem animi declarantibus, (g) iisdemq; perspicuis, (h) inuestigandus & probandus erit.

(a) Bonus enim quilibet praesumitur, c. vnic. vbi gl. ext. de scrutin. in ord. facien. c. fin. ext. de praesumpt. l. fin. §. Et licet, C. ad l. Iul. repet. gl. pen. in l. si vero §. vbi Costal. ff. de satisf. dat. (b) l. igitur 12. §. potest, ff. de liber. cau. Gaill lib. 1. de pac. pub. c. 7. nu. 12. Peck. in c. qui contra. 82. num. 3. de reg. iur. in 6. (c) c. Estote vbi gl. ext. de reg. iur. c. absit, vbi 1. gl. 11. q. 3. l. Merito 51. vbi gl. ff. Pro socio. Gaill lib. 2. obs. 110. nu. 5. & 6 Pet. Rebuff. in Auth. Habita C. ne filius pro patre, in verb. Quis enim eorum, fol. 375. (d) l. quoties §. qui dolo, vbi gl. ff. de probat. (e) l. Et eleg. §. fin. h. t. c. Cum dilectus. vbi Canon. ext. de metu. Alban. in add. ad Bart. in p. rubr. ff. h. t. l. f. & Zas in l. si quis cum, ff. de verb. obl. Soarez in verb. dolum, nu. 108. Gaill lib. 2. obs. 93. num. 10. (f) c. erubescant 32 d. c. consuluit, 2 q. 4. vers. occulta, c. humana, 22. q. 5 (g) arg. c. Nec aliqua vbi gl. 27. q. 1. Dyn. in c. pro possessore de reg. iur. in 6. (h) l. dolum, vbi glo. & Bart. C. h. t. l. si praetor 75. §. Marcellus, ff. de iudic. c. fin. de renunciat. in 6.

XXIII.

Perspicua iudico, quae ad probandum dolum evidentemq; calliditatem per iuris auctoritatem recipiuntur, (a) quibus si actor iuuatur, onus probandi contrarium in aduersarium transfertur. (b) Ideoq; si reus illicitis operam dederit, cum eo ipso dolum neceere praesumatur, nihil fraudis commissum esse probare tenetur. (c)

(a) Probationes enim legum liquidae suat, l. si tutor vbi gl. fin. C. de peric. tut. Felin. in c. si autem nu. 2. ext. de rescript. (b) l. Generaliter. 24. §. si petitum. vers. non tantum ff. de fideic. libert. l. siue possidetis. 16. C. de probat. l. licet Imperator 77. ff. de leg. 1. c. dudum ext. de praesumpt. Couarr. lib. 2. resol. c. 6. nu. 1. Mynf. cent 5. obs. 68. (c) l. 1. C. Ad l. Cornel. de Sicar. c. 1. vbi gl. fin. ext. de praesumpt. Gaill lib. 1. de pac. pub. c. 7. num. 13. Quando dolum praesumatur, vide Alber. in l. dolum C. h. t. Felin. d. loc. Dyn. in c. Ignorantia. Peck. in c. dolo facit & c. qui contra, de reg. iur. in 6. Cagn. in l. 76. ff. eod. Gaill d. c. 7. n. 16.

XXIV.

Porrò quo Reus hoc graue iudicium facilius à se depellat, (a) nec actor cum discrimine existimationis alienae uagetur, (b) speciatim in libello, quo loco, quo tempore, qua in re, cuius dolo malo circumscriptus sit, actor designabit. (c)

(a) laedit enim famam, cuius metus uiris bonis maior, quam mortis est, l. Isti quidem 8. §. pen. ff. de metu. Gaill lib. 1. obs. 64. nu. 2. & 3. lib. 2. obs. 100. n. 5. & 6. (b) l. Praetor edixit, 12. in p. ff. de iniur. l. item exigit 17. h. t. (c) l. 3. ff. de accus. c. tuae vbi gl. ext. de procur. l. sed si ex dolo in fin. vbi Bart. & l. seq. h. t. Libellus secundum facti circumstantias variabitur Mynf. in §. Praeterea, nu. 41. Inst. de action. form. vide apud Odofr. in sum. sub tit. de act. doli. p. 1.

XXV.

Hac actio intra biennium continuam ex eo die quo dolum commissus asseritur, siue abfuerit, siue praesto sit is, qui dolum se passum esse conqueritur, & inchoanda & finienda, (a) quo effluxo, cum nullo tempore lucrum ex delicto cum alterius damno sit sperandum, (b) in dolum actio in factum perpetuo dabitur. (c)

(a) l. fin. C. h. t. (b) l. itaque 29. h. t. c. tuas dudum 13. ext. de usur. (c) d. l. itaque in fi. Rat. Quia iactura existimationis non plectitur. l. Sabinus 30. h. t. Form. huius actio. vide apud Odofr. p. 3. sub tit. de act. in fact. surrog.

153255

AB: 153255


(X2203998)

K



De legibus et constitutionibus Imperatorum





PROPOSITIONES
DE DOLO
M A L O.

QVAS AVSPICE DEO TER O. M. PRAE-
SIDIBVS CLARISS. CONSVLTISSIMISQVE VIRIS
D. Ioanne Michaëlis Crönenburgero, & D. Ioanne Hol-
landt, SS. LL. Licent. Dictatore & Fisco in celeberrimo
ac florentissimo Iuridicæ facultatis, apud Vbios
collegio, pro laudabili & huc vsque rece-
pta consuetudine publicè dif-
putando tuebitur.

ANTHONIUS SCHVBER
HARNENSIS. VV.

*Anno redemptionis humane CIJ. IJ. LXXXXI.
pridie Id. Martij.*



COLONIAE AGRIPPINAE P
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

